 causa malorum, fabricatur Pandora, mittit ut
 in terram, pyxidem adferens Epimetheo om-
 ni malorum genere refertam: quam quum il-
 le aperuisset, ignarus alicuius doli, illa euola-
 gunt, ac totam terram occuparunt. Habemus
 fabulam

fabulam poëta dignam. Sed reuera Pandoræ nihil nobis nocuit. Eua nostra fuit Pandora: si enim illa nō peccasset, aut ad peccatum perserpentem nō inducta fuisset, adhuc hodie nobis cuncta nascerentur *an̄gora r̄ḡ d̄m̄as̄t̄*.

παλαιόρ.) Catachresticōs, nam καλάνωρ proprius est clavis nauis, hic pro stiua ponitur, & stiua pro toto aratro: nam à parte totum intellegitur. Sic indicat primætatis homines non arasse.

τὰς τεκτονικὰς.) Solēt rustici in nonnullis locis peracto opere instrumenta ligneæ colligare superfumosa laquearia, quo fumus ea contuboret & exploret. Sic in secūdo libro iubet ut gubernaculū ratis sub hyemem ponatur ad fumum. Et Virgilius:

Et suspensa focis exploret robora fumus.

επικίλησις.) Narthex fruticis genus est, latine ferula. Ignis ferulis optime seruari, auctor est Plinius lib. 13. cap. 22.

εριλασι ματίς.) Risit Iuppiter, sed risum plane **Sardonium**, in quo prouerbio uide Erasmus.

καλόρ οὐδετέρω.) Græci multa epitheta apponunt uni substatiuo sine cōnexu. Est autem hic repetendus infinitius *καλόρ*. Iussit ut imponearet pulchram & amabilem formam.

ευκόρες μιλιλόντο.) Eandem etymologiā habent epitherum et appellatio, utrumq; enim dicitur à uorādo, quod membra uorent & depaçāt cūz, Horatius in Odis; Dissipat Euhyus curas

curas uoraces. Bene dicit curas collatas esse à Venere: nam amor plenus angorum & sollicitudinum.

Ἄργος φύτευτος.) Sic dicitur Mercurius, quod Argum Ius custodem occiderit, & sic nos uertimus. Didymus addit, illū sic quoq[ue] posse dici, οὐάργης εἰπεν τοῦ φίλου, quod sit purus à cæde, nam Deus pacificus est. Aliud adserit Macrobius Saturna. lib. 1. cap. 19.

Δέρμα κακώματος.) Horē degunt cœli ianitrices, ut Homerus bis in Iliade testat. Tres sunt, quartum nomina ponit Ang. Politian. in Rustico: Auricomæ in bare exorto de nubibus adsunt Horæ, quæ cœli portas atque atria seruant, Quas Ioue plena Themis nitido pulcherrima Edidit, Ireneq[ue] Diceq[ue] et mixta parēti (partus Eunomie).

Αὐτὸς ὁ Διοφάνης.) : pro ὁμοίᾳ. Vide prouerbiū, Malo accepto stultus sapit.

Μάνη (λατ. c.) Docet in medijs malis semper sperandum esse, quod aliquando meliora contingere possint. De spe autem, quod sola ex omnibus dijs uerſet adhuc apud homines, optimos legimus apud Theognidē uerſiculos, quos nō granabimur hic ascribere, & ex tēpore uertere:

Ἐλατὶς ἐπὶ ἀνθρώποισι μόνη θεὸς ἴδεται μητή,

Ἄλλοι δὲ σὺν μητέρι ἵκεν ποιόντες ζευς.

Μάχιθ μὲν πίσις μεταβληθεῖσε, φέκιν οὐδὲν ἀνθρώπῳ

* Σωφροσύνη, χάριτίς τε ὡφίλη γῆραι μητέρ.

Ορκιαὶ δὲ οὐδὲν πίστει τοις ανθρώποισι δίδονται,

Οὐδὲ πόθε οὐδέ τις γίγνεται αὐτάντας. id est,
Spes homines inter uersatur sola deorum,
Nam petiit celos cetera turba polos,
Cana fides abiit, periit pudor, ipsaq; mentis
Sobrietas, Charites deseruere solum,
Nulla manet homines inter nūc fædera firma,
Non superstunus numinaria rite colens.

Σὺ γέ τοι φωλε.) Verissime contra Hesiodum dicit Plutarchus in præceptis sanitatis, non omnes morbos soleret acite & furtim inuadere in ipsos homines, sed plurimi, κακά τρόποις γίγνεται τοις νόσοις οὐδὲ μηδεποτε οὐδὲ μηδεποτε:

Ως ὁ μόδιψ γίγνεται.) Sequitur actatū descriptio, qua mōstrat omnia fatis in peius ruere. In hac te imitatores habet Aratum, & Ouidium primo Metamorphoseōn.

Καρπὸν δὲ φύει.) Vergilius primo Georg. uertit hunc locum: Ipsaq; tellus
Omnia liberius nullo poscente ferebat.

Ζεύς Λευρά.) Elegans epitheton terræ, quod uitæ necessaria det. Sic etiam Venus dicitur ηλευθερά. Plinius uult sic tertam dictam, quod zem proferat: an bene, nescio.

Τοι μὲν Λαίμονες οισι.) Tales forsitan facti sunt quos uocamus genios bonos, nam hos Græci Λαίμονες uocant. Dicuntur autem Λαίμονες, quasi λαίμωνες, quod dī omnia sciant, ut Plato in Cratilo. Plura de etymologia Macrobius Saturnal. i. cap. 23. Apud eundem hi uersua in Latinā linguam traducti leguntur:

Indige

Indigentes diuī fato summi Iouis hi sunt, (tes
Quondā hoīes, modo cū ſuperis humana tuē-
Largi ac munifici, ius regū nunc quoq; naēti.

Οὐλῆρα.) ἵψε, non raro apud Græcos ca-
pitur pro sacrificare, ut facere apud Latinos.
Verg. Cū faciam uitula pro frugibus. Sic usur-
pat & Cicero pro Archia.

Κακέκδες συγγάγεις.) Aptissima epitheta inui-
liç. Similia illi tribuit Ouidius a. Metamorph.

Νῦπλεια.) Quid εἰργ, explicat Erasmus in
principio Chiliadum. Quintilianus libro quin-
to afferit fabularum primū fuisse autorem He-
siodemum, propter hunc accipitris & luscinię a-
pologum. Et multi audent affirmare, sequētes
Quintilianum, apologos Aesopi nomine cele-
bres, non esse Aesopi. Certe Cleodemus apud
Plutarchum in cōuiuio septem sapientum, fa-
tetur imitatione huius fabellæ Hesiodeç, Aeso-
pum suas compoſiſſe. Admonet autem supe-
riores hoc apoloço, ut temperent ab iniuria &
violentia, nec inferiores se opprimant, quod
omnium opem nobisq; Di testes sūnt, qui
benefacta præmio, malefacta pena compen-
ſant: tum quod nisi ad tempus prospero suc-
cessu facinora utantur, tandem præualente iu-
re & se vindicante.

Δίκαιος Ιωνίς Βερού Πέτρος.) Aurea est sententia, &
ad incutiendum facinorosum metum ualentis-
sima. Fabius Maximus apud Liuum his uer-
bis eam effert: At ueritate labore nitore iua-

ſepe aiunt, extingui nunquā. Simili modo eue
titate loquit̄ diuus Hieronymus aduersus Pe-
lagianos, imitans Liuium. Veritas (inquit) la-
borare potest, uincere non potest. Miror Erasmū
in prouerbio, Malo accepto stultus sapit, ſic le-
gere, Λίβρον Φίλιππον, ρίχε. & uertere, Tandem ſua
pœna nocentem Conſequitur. Non ille german-
nus ſenſus eſt poēt̄, ſed hic, nempe interdū qui-
dem regnare uiolentiā, iuſtitia oppreſſa & cal-
cata, ſed id non impune, & niſi ad exiguū tem-
pus fieri, quum tandem iterum ḥx. id eſt, præua-
let, & ſe fortiter uindicat iuſtitia. Hoc non antē
credunt uecordes et malefico corde homines,
quam iam propter facinora ſupplicium exper-
ti ſint. Sed non dubito, habuit Erasmus quem
imitatus ſit.

OīA'ixi' nū, vīzor;.) Puqtat non extrema m eſſe
felicitatem, ſi quis non opus habeat querere ui-
ſum per mare. & Hercule ſic eſt. Cæterum Hol-
landi nostri pro ſumma felicitate ac uoluptate
ducunt natare per cærulea uada, adeò homi-
nes Salaminij ſunt, longe diſſidentes à Baccho
illo Aristophanico.

Ia. A'ep. N'. d.) Hoc aduerbiuſ elegantissime
in Dialecticis ſuis explicat, perpetuū Frisian
ſtr̄ decus Rodolphus Agricola, uir nimiuſ p̄ſe-
matura morte ſtudioſis creptus, cuius morte
quod moderatius feram, facit Viglius Zuich-
mus, qui ita ſe ad illius x̄mulationem compa-
rauit, ut uideatur quodammodo ſuperaturus.

Certe

Certe quantum ad iuris ciuilis sapientiam, iam pridem Rodolphum longe antecessit. Horum me laudes obiter non tam celebrasse quam leuiter perstrinxisse, lector candide, & qui bonis accipe.

Tūc ἀγράς περιέρχομεν.) Anastrophe est. Cōstrue, προτάρεται τὸς ἀγρᾶς, οὐλαρ. & vide proverbum, Difficilia quæ pulchra. Similem sententiam habet Euripides in Heracl. αἱ ἀγρὰ δαίνη λιὰ μέχθη.

Πλεύτεροι οἱ ἀγρῆις καὶ λόγοι εἰσι. Cum diuitiaz in omnibus rebus maximū pondus habeant, tum certe in hoc profundunt, quod præcedant ad uitium, paupertas facile ad malefaciendum inuitatur. Vnde Callimachus poëta, non uirtutem sine pecunia, nec pecuniam sine uirtute, sed uix triangū simul à Iove sibi dari optabat, quod in opere non bene innocentiam suam tueri & custodire queat. Quare poëta noster uult ut quis sibi honesto labore cōparet diuitias: carum enim comites esse uirtutem & honorem.

Αἴσιοις οὐκ ἔγειται.) Occupatio est, forsan pudet laborare, sed hic pudor inutilis & noxius est.

Χράματα Λ' οὐχ ἀγάπατα.) Correctio est præcentis uersus: nam non uult quenquā ita imputidentem esse, ut audeat aperte raptorem agere. Laudat igit̄ θεολογία χριστο, quæ nobis Deus cert, dum industrii sumus, & manum cum Miserua simul mouemus. Nemine enim ille dormitantem & oscitantem adiuuat, immo odio prosequitur, ut superius dixit poëta,

Ov& ap. βεντιανο.) Magna commendatio
uicinorum, adeo ut si boni sint, anteponere ui-
deatur ipsis cognatis & affinibus. Verū quod
hic de boue dicitur, pertinet ad omnes par-
tes rei familiaris, teste Columella libro primo,
cap. 3. & eo sensu nos uertimus: Nihil igitur
ruarum rerum facile interibit, si habeas uici-
num bonum, qui statim in periculo succur-
rat. Vide prouerb. Aliquid mali propter ui-
cinum malum. Rursus aliud, Ne bos quidem
pereat.

ꝝ: μεταρριπτόνης οὐδὲν.) Vide quot habent
Græci uoculas planè otiosas, quibus carmen
farciunt, εἰρήνη, οὐδὲν, φίλος, πάτερ, θάνατος, τέλος.
Longe difficultius Latinū agere postā, cui tales uoculae desunt,
& si infarciat nō suo loco, ridetur. Sensus est hu-
ius loci, hilarem datorem & promptum, quo-
ties aliquid dat de suo, semper aliquam latentē
animi lœtitiā inde percipere: contrā raptorem
suo animo tormenta & cruciatus parare, licet
sit uel minutissimum quod rapiat. Nam iuxta
uulgare dictū, Cōscientia mille testes. Et Seneca
tragœdiographus: Tutum quis habuit nemo
securum scelus.

Oīκοι β'. λαθόπ. ἦν.) Præstat domi habere quo
indiges, quam foris querere per uiciniam, si tu
carcas.

caras. Admonet diligenter patrem familiam, ut
in tempore omnia necessaria domini suę prefigi-
ciat. Nam si cunctum est de presenti custode fin-
mere, ut dicit sequens uerfculus.

(Ex p. 1774 i. 1774.) Concludit huic libri
commendatione laboris. Nota in fine poëtæ
ubiq; usurpare infinitum prolo-
peratio, quod semel ad-
monitum uolo.

A N N O T A T I O N V M I N H E-
S I C D V M F I N I S.

F 4

88 P I O. II. P O N T. M A X.
N I C O L A V S V A L L A.

Si uacat Aenearum dignissime presul,
Grataq; sunt animo carmina nostra tuis,
Perlege que quondam dulci modulatus aucta,
In Latios aius uscire Greca modos,
Ascrei inspiciens nūc p̄as nōq; op̄ya poëta,
Greca quo quondam floruit Hesiodo.
Hec fuerant fateor plectro meliore canenda,
Hic opus ingenij quippe senilis erat:
At quia nonnullos tam magna superbia uates
Eleuat, ut nulla Greca in honore putent,
Sum tamen hoc aius bis septem et quatuor annis,
Diam mea labuntur lustra trahente dea.
Sumpsimus et ienuis Grecorum è fontibus baſtus,
Mixtaq; cum Greco lingua Latina fuit.
Quicquid id est ad te ullum clarissime uates
Mittimus, es Clario non minor ipſe deo.
Suscipe, et Hesiodum placido complectere uultu,
Hic quoq; iudicio fatiq; cadatq; iuso.

SOPHESI ODI' AS⁸⁰
CRAEI POETAE OPERA
ET DIES, GEORGICON LI-
BRI, NICOLAO VALLA
INTERPRETE.



IERIDES Musæ quoniam nō
get inclita canticum
Fama ducunt, & vestri nomen èm
mortale parentis,
Dicile cur hominum pars hoc fia
nec nomine vitam
Ducat? & illius cur fama eterna per altum
Euoleat? hec Iouis est magni divina voluntas.
Ille etenim altitonans summi regnator olympi
Excitat imbellis animos, & fortia corda
Debilitat, duce quo fortuna inimica superbos
Deprimit, atq; humilcis clarus super ethera tollit.
Tum mala mens hominis meliorem inclinat ad usum
Et capiunt molles crudelia pectora cultus.
Exaudi quia cuncta polo specularis ab alto,
Cui nibil ignorantia est, sanctissima dirige iusta
Iustitia, licet atq; mihi fraterna monere
Pectora, & ignotos uiuendi offendere mores.
Sunt gemine in terris quibus alter cantur in unum
Mortales cause, uaria quoq; mente trahuntur.

46 HESTODI OP. ET DIES

Vix quidem studium laudabile sedula curat,
 Altera crudeli rerum depascitur haustu,
 Bella cupit, pugnēq; exercet iniqua tumultus,
 Uniusum atq; atrocis pefus genus: hanc tamen ipsi
 Mortales fugiunt, tandemq; uolentibus hinc Dijs
 Exoptant, huic nequeunt cohibere furores.
 Illam autem prius obscuræ genuere tenebre,
 Sed fato meliore pater Saturnius illam,
 Et generi humano, et terræ radicibus imis
 Imposuit, segnes artus et inertia corda
 Excitat: alter enim segnis, cui uita manebat,
 Alterius spectans cumulos, mora nulla, bouesq;
 Iungit, et impresso terram diuertit aratro,
 Siue domum curat, siue inscrit, alter ad artes
 Vicinum uicinus agit. laudabilis haec est
 Pugnandi ratio, fugienda sed altera, sub qua
 Inuidet aut figulus figulo, uel egenus egeno,
 Siue faber fabro, dulcisq; poëta poëtæ.
 Haec mea dicta precor toto cape pectore Perse,
 Nec te crebra foro speculantem iurgia vulgi,
 Auocet à studijs, pugnandi inimica uoluntas.
 Nemo forum sequitur quem non fouet annua mesis,
 Et bene clausa domi Cercris gratissima dona.
 Haec querenda prius, debinc si uacat i pete vulgus
 Et foro, in alterius rebus certamina pone.

At non

At non illud ages iterum germane quod olim
 Ausus es in felix, litem hanc data iura resoluent.
 Scis quondam inter nos patria est partita facultas,
 At tu nul iusta multum plus parte uerteris
 Tecum efferre rapax: corruptius munere index
 Ille tuo est, sub quo tota hec sententia pendet,
 Ignarus: non nouit enim quam dulcius, aut quoniam
 Sit melius toto medium, seu uiuere malua
 Vtilius, quantum uali seu uiuere porro.
 Hos ueterum uictus occultare superni,
 Inq; polo retinent codicis, tempore quorum
 Saepe fuit una dies temu exsecunda labore,
 Una quiescenti tibi deinceps alimena parabat
 Annua, tunc poteras temoris robora fimo
 Exploranda dare, et nulli iuga curua premebant
 Terga bovis, nudum nulli sensere laborem.
 Hos uoluit faciles uiuendi abscondere mores
 Ira Iouis, quom se deceptum fraude Promethi
 Sensit, et illius causa mortalibus auxit
 Curarum moles, si reptioniq; abdidit ignem.
 Reddidit bunc iterum terris, curuaq; latenter
 Surripuit ferula canto puer ille tonanti
 Iapetionides, iacto qui fulmine gaudet.
 Lusit fraude sua, subitam tamen arsit in iram.
 Hec puer effatus nubis collector aquosae,

Iapetionides,

Lapetionide cuius prudentia cunctos
 Consilio excellit, magnum spreuisse tonitrum
 Arte tua, gaudesq; dato mortalibus igne,
 Heu nocire tibi generi nocire futuro.
 Tad malum genus excutiam quo pectore toto
 Exultent homines, cupidi sua donna ministrent.
 Subrisit fatus diuum pater atq; hominum rex
 Vulcanum aspiciens, atq; illi talia mandat.
 Vade celer speciem è terra, mixtoq; liquore
 Confice mortalem cui uocem et robora iunge.
 Sitq; ea virgine et coelestis imago puellæ
 Quam sibi quisq; uelit, dea quam doctissima Pallas
 Instruat, et uarias percurrere pectine telas,
 Adijciat capiti facilem Venus aurea formam,
 Curet ut aspidua stimulata cupidine corpus,
 Pallacemq; addat mentem et fallacia uerba
 Interpres superum uictor Cyllenius Argi.
 Dixerat, imperio Iouis annuit æqua uoluntas
 Cœlicolum, exemplo fingis Vulcane puellam
 Virginis ora et similem, quam glauca Minerue
 Cinxit, et ex omnifidgentem parte poluit.
 Huic etiam Charites, etiam celeberrima Pitho
 Aurea candenti posuere monilia collo,
 Effuseq; comas ori de flore coronam
 Verni tribuere deo. tamen Attica Pallas

Illam præcipuo formæ decorauit bonore.

Et superium interpres iactor Cyllenus Argi,

Fallacem attribuit mentem & fallacia verba,

Sic pater altitonans diuino iusserat ore.

Quandoquidem dederat sua munera quæsq; deortum,

Mercurius meritò Pandoram nomine dixit,

Exiit a malum mortalibus & fera pestis.

Postquam autem tantos conficit Iuppiter astus,

Mercurian ad magnum iubet ire Epimetheus, donec

Cui sferat hanc, qui nūl ueritus præcepta Promethi,

Scilicet à magno capret ne inuictus olympos?

Cepit, & accepto nouit sua damna Epimetheus.

Nam prius humano generi secura manebant

Tempora, nulla mali species aut cura laboris.

Morborumq; genus, tristis qui funeris atrè

Corripuerunt, quibus omnis frangitur etas.

Vivere dulce fuit quondam, sed tegmen ab urna

Dum Pandora leuat, totum exiliere per orbem

Cirraron infestæ effigies, spes sola remansit

Intus, & è labris imæ sub parte refedit.

Obstutit impositionem nam tegmen abire uolenti.

Sic qui fulmen agit nubis collector aquose

Iusserat, immuetaq; etiam mortale uagantur

Per genus infande species, quibus aequor & omnis

Terra infecta transt, morbi noctisq; discip.

Sponite sua sine uoce ruunt, namq; ab Ioue summo
 Ablata est illis quaecumq; potentia fandi.
 Sic impune parens offenditur ille deorum.

Si uacat ô frater, si non audire recusas,
 Ordine plura canam. genus immortale creatum
 Ac mortale simul credendum est, aurea primum
 Secula Diij superi totum sparsere per orbem,
 Tempore quo caeli imperium Saturnus habebat,
 Tunc homines diuîm uiuebant more, neq; illos
 Anxia curarum moles, operumq; labores
 Lassabant, aberat tristi cum mente senectus,
 Semper et in ualido regnabant corpore uires,
 Nulla mali labes, conuiua leta placebant.
 Mors simili somno fuit, atq; uberrima tellus
 Omnia liberius nullo cogente serebat,
 In commune bonum, nec quisquam inuidit habent.
 Quam felix etas! erat omnibus una uoluntas,
 Et taciti letos soluebat pectora in usus.
 Aurea postquam hominum paulatim defuit etas,
 His pater altitonans meritos adiunxit honores,
 Sub terris habitare dedit, qui numina facti,
 Et genus humanum, sancte quoq; iuratiuenor,
 Iustitiae tenebris circumfusiq; peragrant,
 Terrarum fines et opes mortalibus augent.
 Proxima succedit terris argentes proles,

Auro deterior, sensuq; & moribus impar.
 Tunc sibi quisq; sue fecere sub ubera matris
 Ocia mortales, paulatim adolevit in annos
 Ingenij nude principium, quo decolor etas
 In proprijs etiam laribus nude pectus agebat.
 Aucta tamen postquam ad summos peruenierat annos
 Vixendi brevius spacum fuit, anxius ardor
 Curarum incumbens aderat, quae improba mentis
 Gaudia fecerunt, alterna iniuria nunquam
 Desistit, & nulla in superos reverentis, nullos
 Sacrorum ritus etas argentea uidit.
 Hanc deus extinxit meritam flammatum iram.
 Postquam hominem occuluit argentea secula tellus,
 Non tamen illorum sine nomine vixit recessit,
 Sub terrisq; dei sedes coluere secundas.

Tertia post illam succedit aenea proles,
 At nibil argento similis, Dritudumq; creata
 Sanguine, dura quidem, robustaq; pectora tendens,
 Toti feri misero Martis fruebat amore.
 Nella quies illi, nullum ius, durior etas
 Ipso adamante fuit multu metuenda superbi,
 Cui nonquam invictum robur, fortesq; lacerti
 Deficerant bumeris, tunc aerea tela, domusq;
 Omnis in aere labor, non ferri emerserat usus.
 Hec autem proprio proles consumpta figura

DE HESIODI OP. ET DIES

Ad gelidi loca nigra Iovis fine bonore recepit,
Et quinquam extiterit invicto robore, ab atra
Morte tamen uicta est, solis lumenq; reliquit.

Postquam autem occulta est, atq; aenea corruit etas,
Quarta fuit soboles melior, cui plurima toto
Instituebant animo precepta uerende,
Divinum genus Herorum, primumq; vocari
Semidei, immensos illi patuere per orbes.
Hos insanus amor Martis, belliq; nephandi
Ardor, Agenoride septem prope moenia Cadmi
Oedipode imperij causa consumpsit. Et alti
Hos maris undis omni fluctus, quom Pergama classes
Argolice peterent, ubi pallida mortis imago
Desuper incubuit, dum iusto ulciscitur ense
Tyndaris. hos etiam toto diuisit ab orbe
Iuppiter, et uitæ meliorem tradidit usum,
Elysiosq; dedit colles habuisse profundi
Litus ad oceani, felix et sancta propago
Hic ubi uernat humus, ubi dulcia poma quotannis
Ter gremio effundit nutrix uberrima tellus.
O utinam non me quinta cum stirpe creassent
Fata, sed ante mori, scupost licuisse oriri.

Ferre a nunc etas, quam cure et mille labores
Nocte dieq; premunt, paudatimq; illius instat
Exilio; sic Dijs placitum, sed prosperat tanto

Fata
Exilio
Placitum

Fata etiam uenient aliquando in turbine rerum,
 Nec minus haec infans hominum delebitur aet.
 Cum matura annis illorum tempora cani
 Insicent crines: natis nec ut ante parentes,
 Nec patribus nati similes, nec ab hospite tutus
 Hospes erit, sanctum corrumpent fædus amici,
 Et fieri grama ciens inter discordia fratres.
 Viuet bonoris inops hominum properata senectus,
 Nec pudor effractos senio obiurgare parentes.
 Infelix soboles legem & precepta deorum
 Nescit, & invalido non haec alimenta parenti
 Iusta suo reddet. quid enim quod iniqua rapaces
 Apparet usq; manus, urbesq; & nacionia nartem
 Alterna delecta manu? iurataq; fallent
 Numina, iusticie nulli tribuentur honores,
 Pulsa gemet Bonitas: illum uenerabitq; orbis
 Cui mala mens suadet fra crimina: tota incepsit
 Tota quidem orbato tecum Reverentia uultu.
 O dea iusticie soboles, enim improba laedet
 Si probus ullus erit, quem contra insurget iniqua
 Voce fiorens factum affirmans, altrixq; malorum
 Inuidia incedet fatali turbida uultu.
 Proximus humanas sedes Astræa relinquit,
 Diua suos pariter lendet Reverentia cœsus
 Ad superos, nitido uigate corpus amictu.

Mille recedentes ille mortalibus egris
 Non cessanda tanen rerum mala femina linquent.
 At nunc te moneam, quanquam sapis omnia, index
 His intende animum: sed quid iuuat ista monere?
 Stultus maiori quicunq; resistere tentat,
 Vincitur, et magno patas subit inde pudore.
 Sic ego sum tanquam uolucris quam prenderit astur,
 Prensag; sublimes agitur philomela per auras.
 Hæc dolet infelix unguis transfixa recurvo,
 Quam contra horribili raptor sic intonat ore:
 Quid misera exclamas? te multo fortior astur
 Te premit, huc adsis quo te meus egerit ardor,
 Et quanquam bene suave canas, mihi coena futura es
 Si lubet, aut dimissa iterum remeabis in auras.
 Sic fatus, tacuit pennatus et impiger astur.
 Tu modo iustitione cole, nulla iniuria Perse
 Tecum habitet, fatale genit secum illa, nec illam
 Villus amat, nisi mens cui uilis et improba surgit.
 Vir bonus haec inferre timet: quod si intulit, acti
 Pœnitet, et magno contristat corda dolore.
 Est uia iustitiae melior, qua vincitur omnis,
 Omnis ad extremum ueniens iniurias ardor.
 Quid dicam? quod nunquam aliquid dementia noscit,
 Ni modo passa prius: sic qui male iura ministrat,
 Peierat, et tandem dementi panditur error.

Eripe

Sripe iustitiam, corruptus munere index
 Ius violat, dolet hæc, et nulli uisa per orbem
 Tristis it, et lastrymans pacnam mortalibus orat;
 Qui violent iura, et recli sacra foedera rumpunt.
 Verum ubi iustitie sancti seruantur honores,
 Judicioq; pareret, et ciuis ex aduena pendent,
 Urbs uiget, augetur foboles, pax leta uigat,
 Pax immennum nutrix, manuam his fatidia bella
 Preparat dittonans, nullis in rebus egestas
 Anninet, in quenquam nulla est offensio, dulcit
 Quos iuvat interdum genio alleviare labores,
 Terra quibus large sicutit sua semina, et alta
 Montibus innatae mittant sua munera querens
 Slandifera in summo: media tamen arboreauiffent
 Indiq; apum ingentes acies, uestimentis missipræce
 Lanigera pecudes, per se magis omnia florent,
 Non his externa merces uebit ardua pippis,
 Omnia dat tellus, quid enim quod iuncta mortis
 U patribus similes emittit formina partus?
 Non datur hoc quibus illa placet violentia iuris,
 Nos ad supplicium uocat alti cura tonantis.
 Nepe subit poenas plebs tota miserrima tantum
 Unius ob noxam, pestis furit atra per urbem,
 Ut male suada fames, paudatim deficit omne
 Vulgus, et hic uacuos ostendunt tecta penates,

300 HESIODI O.P. ET DIES

Fœmina nulla parit. Sic sequit Iuppiter erga
Quos malefacta inuunt, qui si modo forte cruentum
Militie excent studium, mora nulla sinistro
Marte cadunt: uel si potius iuustire per altum,
Fluctibus in medijs sumergitur obruta puppis.
Vos igitur qui iusta datis, conuertite mentem
Ad tales bonum poenas, diuina potestas
Mortales circumuolitans uidet improba, quorum
Iudicia emergunt malorum in damna, deumq;
Ignorant monitus, genus hi mortale percrrant
Innuinci, tenebris circumfusiq; tueruntur,
Iustitia sacra iura domant, genus omne malorum.

Illa quidem uirgo est superbo Ioue nata parente,
Nomine clara suo, coetuq; uerenda deorum,
Quam si quis uiolet lachrymans sua fata parentis
It Iouis ante pedes, et lamentabile fundens
Humanos queritur mores, ac debita poscit
Supplicia in populos. tu iudex causa malorum
Qui uiolas sacra iura deæ, iam dirige mentem,
Ius cole, in alterius te nulla pecunia uertat
Damna, nocet sibi qui cuiquam nocet, et male suadet
Ille sibi, in quenquam si quis male iura ministrai.
Cuncta uider pater omnipotens, et quod mihi tecū est
O iudex, modo si lubeat speculatur ab alto,
Nulla et hunc, aut hoc quales tribuanus honores
Iusticie

Iustitiae in populo, quam non ego peccare toto
 Nec mea progenies coleret, postquam orbe sub iusto
 Spreta id est bonitas, et ius iniuria vincit,
 In iusto lumen fierent. haec accipe frater,
 Haec animo meditare, iniustum pone furem,
 Ius quoque frater ana, sine quo genus omne fratrum
 Credimus alterno certatum corpore pasci.
 At nos instituit uite melioris origo.
 Iura dedit pater omnipotens, ea pectori toto
 Si quis habet, decus aeternum pia premia reddet.
 Iuppiter affligit si quis pro teste uocatus
 Peccat, ac merito pensatur culpa innocentis
 Supplicio: offendens ius, ille offenditur unde,
 Ex quo obscura quidem nulli quoque cognita surget
 Posteritas iusto de sanguine nata propago,
 Clara caput tollet patrio seruata decore.
 Haec quoque que refram stultissime concipe frater,
 Quam facile innumeras uitiorum amplectimur artes,
 Haud procul illa habitant, breuis est via qua sit eundem.
 Est via uirtutis contraria, sudor anhelus
 Hinc sequitur, que se scopulosis ardua clavis
 In longian prorumpit iter, riget aspera primo
 Ingressu, levius est postquam alta cactumina tanges.
 Optimus hic se se qui novit cuncta magistro,
 Proficiens rerum fines meliora sequutus.

Dignum laudatum parentem recta monenti
 Credimus: ille tamen sibi quoniam non consulit, aut qui
 Alterius præcepta fugit, vir inutilis extat.
 Ergo age frater ades generoso è sanguine Perse,
 Ne fuge fratres monitus, operare laborem,
 Alma Ceres ornata caput sua dona ministret,
 Sic tibi plena domus. segnem crudelis egestas
 Opprimit, hunc homines odio superiq; sequuntur,
 Torpenti similem fuso, cui spicula surgunt
 Horrida, distensioniq; fauis consumit edendo
 Semen apum, piger ipse sedet, uitatiq; laborem.
 Tu modo curam operi quantum potes adiice frater,
 Horrea sic rumpunt messes, sic copiarerum,
 Sic petus augetur, sic tu mortalibus & Diis
 Gratus eris: segnes animos & inertia corda
 Oderunt: operi laus est imponere curam,
 Turpe sed hinc prohibere manus: incumbe labori,
 Porfitan ad studium torpenta pectora uertes,
 Dum partas ostendis opes, uirtutis adeptus
 Nomen & eternum laudis decus, utere quæso
 Arte, para uitum, uiolare aliena nefrandum est,
 Fac superis & quandus eas, incumbe labori,
 Nec pudeat, pudor hic multos in honestus egentes
 Secum habet, auget opes fiducia, qua melior res
 A superis non it: proh rerum insana cupido,

Prob animis infusa lues, iam nulla pudoris
 Cura, jacet paſſim longe post terga relictus,
 Tu coloris, duce te pavidum corruit ille.
 Dijs inviſus bono cui mens intenta rapinis
 Invegilat, neq; enim ſemper felicia durant.
 Nec minus omnipotens poenis affigit eisdem
 Qui ſcribam offendit, uel qui ſanctissima frangit
 Foedera amicitiae, ſex qui cum coniuge fratris
 Non pavet in fundos coitus fraternus adulter,
 Vel qui in pupillos audet uim ferre nebandam;
 Vel qui in longa uia confectum etate partueta
 Horribili uoce iuſurgit, uixq; abſtinet illi
 Verbera, non impune tamen ſtat poena nocenti
 Post obitum. Depone igitur tam falſa ſuperba
 Mentiſ confilia, & melioribus utere queſo.
 Tibi pio uenerare deos, ijs tempore in omni
 Et mundè & purè liba cum clara nitescet
 Sole dies, aut cum nox circumuifa tenebris
 Abscondit terras. caſto torrenda ſub igne
 Hostia mactetur, hymnos cane, thura minifra,
 Ut tibi Diſ faciant, immensaq; copia rerum
 Hinc tibi naſcatur, multis ut egentibus ipſe
 Subuenias, non ut uia uerane rapina.
 Conuiuas interfī uis diſciembre amicus,
 Non hostis, ueniat priuum uicinia: nam ſi

104 HESIODI OP. ET DIES

Aduersi quicquam acciderit de more repente
 Primum illi occurret, que si sine uestibus esset
 Nuda etiam ueniet, quod nec tibi sanguine iunctus
 Non ager, iste sibi uestes atq; omnia ponet.
 Improba dannosa est uicinia, sed proba si sit,
 Ut ilis. hec igitur cupienda est pectore toto
 Tanquam laudis opus: neq; enim lamenta refundes,
 Amisisse bouem, proba si uicinia tecum est.
 Acceptum mclire, & eodem pondere redde
 Vicino tibi, ut hic iterum succurrat egenti.
 Res male porta mala est, dannosaq; semper ab illa
 Ergo caue: nec te uincant in amore sodales.
 Illum ad eas qui te, fac mutua munera reddas,
 Sponte datum capias, scelus est letale rapina.
 Quicunq; et si magnum aliquid largitur amico,
 Letatur: quicunq; iacit de fronte pudorem,
 Et rapit alterius quamquam infima, turbat amici
 Visceraq; & mentem cui uis illata rapina.
 Adde parum paruo, paruo superadde pusillum,
 Fiet & hoc magnum, infelix pelletur egestas,
 Si modo rem cumules. hominem non ledit habere
 Cursta domi, nocet esse foris. quim dulce bonumq;
 Presentis accipere, atq; absente carere molestum est.
 Tunc bene potandum cum plena effundit ab alto
 Vina catus: uinc parcus eris cum parte Lycaus

Desfluit

Defuit è media: sed cum declinat ad omum,
 Spumantes iterum cyathos & pocula sume.
 Quidquid pollicare bonum i se vult amico,
 Si quicquam cum fratre tibi est, testem adjice rebus
 Subridens: nescit non credere, credere semper.
 Né ut tuam afficiat meretrix cause formina mentem,
 Rem totam norat illa nimis dum blanda uidetur.
 Hcu quād dannosum est mulieri fidere cūquā.
 Rem patris acceptare melius fuet unicus bires,
 Auget & banc. at tu plures in morte relinque
 Ex te ortos: nam plura pater Saturnius illis
 Attribuet, sed te si cecus tangit habendi
 Ardor adhuc, fragilisq; placet tibi gloria rerum,
 Hec age que moneam, & uarios operari labores.

HESIODI ASCRAEI LIBER SECUNDVS DE AGRICULTURA.



V M celo emergunt sublimi ab Atlante
 tide note
 Pleiades, truncanda Ceres, moriētib. illis
 Mitte in cratrabones: latitare ea sydera
 Viginti totidemq; dies, annoq; uoluto (dicunt
 Apparent iterum, matutam incidere messim
 Rursum & incipiunt dentata falce coloni.

108 HESIODI OP. ET DIES

Hanc legem agricola atq; habitantes littora scruntur,
 Aut qui pingue solum, uello saq; tecta tenerent.
 Nudus ora, nudusq; sere, ex mete corpore nudo,
 Si tempestuos agrorum ducere cultus,
 Augeriq; illos magnis successibus optas,
 Nec diena roges interdum pauper egenus.
 Quid si ad nos supplex iterum fortasse redibis,
 Non iterum dabimus, iuvat exercere labores
 Improbe, quos inter mortales diva potestas
 Sortita est, ne tristis inops cum coniuge moesta,
 Aut cum natorum misera comitante catervas
 Victim à vicino rogites, dare negliget iste:
 Bis uel ter fortasse dabit, dehinc si petis ultro,
 Proficies nihil: at tu plurimi uerba refundes,
 Orabisq; iterum, frustra tamen. oribus ut te
 Lampridem admonui inuigila, atq; incumbe labori.
 Diram famas procid binc abeat, tuis debita solue.
 In primis tibi conde domum, precioq; ministram
 Dehinc eme, quam possis custodem adiungere bobus.
 Pone domi quantum toto tibi sufficit anno,
 In rebus spes est alienis irrita: nam si
 Hic dare forte neget, tu semper pauper egebis.
 Tempora labuntur, operum quoq; deficit usus.
 Ad cras rem differre nocet: nunquam horrea nunquam
 Implet incrs aut qui tempus producit. babenda est

Cura

Cura operi, turgescat opus. mala milie molestanus.
 Affliguntq; hominem cui segne & inutile corpus.
 Cum bente fe posuit rapidi uis ignea Phoebi,
 Ac pater omnipotens fecundis imbris imbris & ether
 Desilit in terras, & languida membra resionant.
 Iampridem anissas effuso in tempore uires.
 Nam breue sol hominum supra caput astat ab alto,
 Ac de nocte magis curris exerceat agendo.
 Tunc operam multo ante memor discinde securi
 Sylvam incorruptam, tunc germina definit arbos.
 Fundere, datq; fusa militare per aera frondes.
 In tres tende pedes mortarii, continet tres
 Pistrillus cubitos, pedibus quoq; confice septem
 Temonem, qui si fucis protentus in octo,
 Hinc tibi malleolus crebros formetur in ictus,
 Palmarianq; triun rota sit, yarijsq; reponit
 Ligna effixa modis, ualidamq; in montibus artis
 Quere, uel effuso campi super aquore pinum
 Aestuum, compone manum qua firmet arator,
 Temoni cuneis dentalijs alliget imo,
 Torqueat & fortes illa durante iuencos.
 Binaq; præterea tectis seruentur aratra,
 Sic melius: nam si casu discinditur unum,
 Restat adhuc diuid uadidos agitare iuencos.
 Temonem ex ulmo uiridi seu confice lauro.

Stiua sit expino, duradentalia querca.

Duc in aratra bouem nono qui uiuat in anno,

Apta etas operi matura est: franget aratum;

Bos iuuenis munitans iuuenili prælia cornu,

Et rixam exacens opera imperfecta relinquet.

Quere quater decies annorum etate bubulum,

Quadrifidus panis et os filii cæsus in octo

Sit cibus huic: recto sulcabit uomere terram

Si maturus erit: studium intermitte arandi

Iunior, afficiensq; pares etate colonos

Ibit ad bos, ludosq; ciet laetitia iuuentus.

Ergo non melior iuuenis, neq; semina uerse

Spargere bioni, quantum terra mensura requirit.

Contemplare etiam quom grus è nubibus altis

Afiduos agitat clangores, nunciat imbre

Venturamq; hyemem, tempusq; indicat arandi.

Angit et illius mentem cui nulla boum spes.

Tunc redcant fessi plena ad praespiatauiri,

Tunc proprios operare boues et planstra. sed inquit,

Non habeo, dabit hic: facile est petere atq; negare.

Mentis inops alius, quid enim componere currum

Tunc uoleat, ignarus non nouit quantus in illo

Sit labor, et censum compagibus insita ligna

Quæ debeni: multo ante domi prouisa reponi.

Præterea cum tempus adest rescindere campum

Portius

Fortius infelix operi, exercere ministros,
 Nam uerienda duplex tibi sicca atq; humida tellus.
 Vere nouo ueniant celeres ad aratrici uinci,
 Fertiles ut grauidacidmus procumbat aristas,
 Neu te decipiat cum semina colligit aestas.
 Si noua cui studeas tellus in arata quotannis,
 Terra recens large natis alimenta parabis.
 Plutonem in primis uincere, atq; anima sacra
 Votare fr̄ Cereris, quom sine immixta agendo
 Incipis exercere boves, stimuloq; fatigas,
 Sic immensa tibi surgent Cerealia dona.
 Semina quom terre committis pone sequatur
 Scrudus, atq; ambus rastro fatalia recondat.
 Optima crede iuuat rerum prudentia cunctos,
 Læditur aduerso qui negligit omnia fato.
 Sifit pingue solum, grauide inclinantur aristae,
 Felicesq; operum successus ab Ione summo
 Hinc capies, necq; sub tectis extendat ardore
 Fila, sed immense replebunt horrea messes.
 Tunc gaude, ex cani florentia tempora ueris
 Letus agas, quom te incassum crudelis egestas
 Afficit, ex parte turgid domus, atq; aliena
 Re tibi non opus est, tua pluribus adiumentum.
 Fit scribis tellus medio uersata sub astri,
 Hincq; solo residens iuras falcabis aristas.

Auersos

EXO HESIODI OP. ET DIES

Auersos religans culmos, temnusq; sequetur
Spes uite, pauci te mirabuntur ab agris
Parva sub exiguo referentem farra canistro.
Difficile interdum mutabile noscere tempus.
Mobilis & uaria est alti natura tonantis.
Ac si tardus arax, tarde tibi solus aranti
Affert auxilium: si largis imbris ethere
Tris nocte totidemq; dies non cessat ab alto,
Donec repletit ualidi uestigia tauri.
Tempore quo querna residens super arbore coccys
Exulat, gaudentq; hominum mortalia corda,
Vere sub aprico sit tardus forsitan eques,
Qui tempestiuo diuerrit uomere terram.
His intende animum, nec florida tempora ueris
Te latevit, glacialis hyems tibi cognita surgat,
In qua incumbendum est, nec te illa taberna moretur;
Aut narrata loco sub apri fabula tardet,
Dum frigent alij, uir rem tamen impiger auget.
Surge igitur nec te paupertas opprimat illo
Tempore, dira fames tenues facit esse lacertos,
Elatosq; pedes & crura lumentia multo
Sanguine, segnis inops & spes suspensus inani,
Inclinat mentem sceleri, & meditatur iniquos
Vnde paret uictus, hominem spes nutrit egentem
Irrita cui nihil est, & tota luce uagatur.

DION

Dum media clapsa est aestas, properat ministris,
 Condite dic casulas, non semper non erit aestas.
 A Ianu mensem dictum canit, nubibus ille
 Letales bobus glacies et frigora dicit.
 Thracius insurgit boreas, et turbine facto
 Disturbat maria ac campos syluarumq; sonantem,
 Alticomas querens, amosaq; robora pinus.
 Dirat ex alto, et uides iaculatur ad imas.
 Syluarum auditu frigor undiq;, sed feru duros
 Arredit ipsa pilos, caudamq; in cruribus angit.
 Quin etiam quibus est uiles densissima pellis,
 Perforat ille quidem setosaq; pectora transit.
 Nec se defendunt dura sub ueste iuenci,
 Et misere algescant hirsuto crine capellæ.
 Vincit quis boream instantem, fultoq; repellit
 Tegmine lacrumæ, sed non obstitut illi
 Ascibus, crux facit bos incedere collo.
 Non tamen ad teneram penetrat boreale puerum,
 Prigus, at illa domi cui nondum notabilido
 Matris apud charæ gremium sedet, atq; bycmades
 Non sentit glacies, et tota nocte quiescit,
 Atq; oleo teneros interdum perluit artus.
 Tum polypo durum est gelidis habitare sub undis,
 Nec uidet unde fibi uenetur in equore prædam,
 Alleuictus famem, proprios tuu deniq; in artus

Vertus

112 HESIODI OP. ET DIES

Verit atrox rabici mīmensam, sic imbrībus atris
Turbatur mare, sic etra caligine cælum.
Sol quoq; ad Acthiopas radios et lumina fiodit,
Rarus apud Graicos, fugient animalia curvi
More senis, ualles imas et dente trementi
Concauæ faxa petunt, nemorum tenebroſaq; tecta.
Tunc quoq; ne noceant bycines tibi protegat artus
Mollis chlēna tuos, cui tecta ex ordine recto
Pauca, sed aduerso ducantur plurima fila,
Sitq; ea cruentenus, uetat hæc per corpora ſedas
Surgere, et instanti prohibet dureſcere uento.
Tegmina ſunt pedibus taurorum è pelle cothurni,
Nec nocet hos inflare pilis, ut frigora uincas.
Hædorūm teneras neruo bouis infue pelles,
Ac dorſo ſuſpende, tegant capina alta galeri
Ne maleant aires. borea ſpirante cauendum eſt
Frigoribus, tunc ros coel diffusus ab alto
Educat et Cererem ſacros operumq; labores,
Ille quidem uiuentorum è fluvialibus undis
Tollitur in ſublime, et matutinus in agros
Defilit, interdumq; expectat tempora noctis,
Inicrdum borea nubes agitant procellas
Vertit in uentosam hyemem, fuge prouidus illane.
Acceleretur opus, pete tecta obſtruilla uentis,
Ne forie obscurō nebularum iuſſus agnitus

Imma

immadecat, largosq; imbres pluet buonida uestis.
 Pascha tunc carpanit quamvis non pinguis tauri,
 Quippe leuis labor et longa sub nocte quiescunt,
 Nutrimentum ingens, nobis uberrima mando
 Agricole, faciliq; dies transire labore.
 Hac seruanda tibi donec nox aqua diebus,
 Atq; iterum satio committit semina terre.
 At dum sexdecies sol ardus occidit undis
 Hybernum post solstium, sacrosq; relinquens
 Oceanu fluctus sublimi Arcturus olymbo
 Exoritur, primuq; cupit splende scere sydus,
 Tunc uites incide: novi neq; nuncia ueris
 Antiquos iterans questus precedat birundo.
 Dum tamen immensos effundit Pleias aestus,
 Profiliensq; umbrosa pelle planaria limax
 Tellure è sicca, tunc vinea nullaligonera
 Sciat, accelerentq; uncata fatig ministri
 Maturam in segetem, nec te pulcherrima Tempe
 Detineant segnem, matutiniq; sopores.
 Eia age rump'e moras, pelle ocia scinia pella,
 Dum uocat alma Ceres, robustaq; collige farra,
 Pone domi quantum loto tibi sufficit anno,
 Mane operi affurgens, operis pars tertia mane
 Conficitur. labor hanc grauis est. de mane uictor
 Longum linquiciter, latrosoq; exercet arator.

Præterea sua dum scolymus florentia mittit
 Germina, et in ramis dulces resonare cicadas
 Sole sub ardenti incipiunt trepidantibus aliis,
 Sit capra tunc mollis, tunc sunt dulcissima uina,
 Feminaq; ureni Veneris prurigine corpus
 Appetit infanos coitus, lassantur ab aestu
 Membra uirum, tantumq; potest uis ignea solis.
 Tunc licet ardores gelidare leuare sub umbra
 Fontis ad apricos latices semperq; fluentis
 Murmur aquæ, faciles quam circum leniter aera
 Aspirant, zephyris plerumq; agitantibus illas.
 Hic hilares latus cyathos et pocula sume
 Biblini, ter infusa magis que temperet unda.
 Hic tibi ab uberibus caprarum caseus adficit,
 Quæ nullospascant factus, hic lactea liba,
 Hic tibi sylvestris ponatur caro iuuenæ,
 Quæ nondum enixa est: hic mollior boedulus adficit,
 Et iaceas saturus patula sub tegminis umbra.
 Surge tamen caelo dum fulget Orionis astrum,
 Tempus adficit, Cereri sacras terat area fruges
 Aduentos posita atq; ingenti æquata cylindro,
 Nec nisi librate ducantur ad horrea messes.
 Postquam autem satis ad uictum tibi contulit aestas,
 Continuo cui nulla domus sit quere ministrum,
 Adde etiam ancillam que sit sine prole, molesta non est

Ac grande seruitium illius quam cura remordet
 Naiorum blandire cani, panemq; ministra,
 Perugil anie fores sedet ille, domumq; tueri
 Denit rapax, furiq; altis latratibus instat.
 His propere exactis, foenum paleasq; reconde,
 Hemionos quamvis satis ac nutritare iuencos.
 Unde laboranti requies praebenda colono
 Tempus, & exhaustis pariter inga demere tauris.
 Dum tamen in media caeli statione refulget
 Sirius, Orionis loco splendescit eadem,
 Et roscia Arcturi cernit Pallantias astrum,
 Tunc tuus tenero abscondens de corpore nictum,
 Per bis quinq; dies tepido sub sole vacantes
 Pande: dies etiam mollescere quinq; sub umbra,
 Ochinc torque, & capiant vegetes incunda Lyct
 Lunera: sed syrus cum deficit Orionis,
 Pleiadesq; Hyadesq; cadunt, meliorisse dulabit
 Protinus impresso subvertere nomere terram.
 Ut tempesatio cuncta exercere labore.
 Si tamen infirmum inviat ire per aquor, & alie
 Puppe uchi, monco ne quando ab Atlantide natu
 Orion sequitur, totoq; excludit olympos,
 Ut uidet illas medio submergere ponte,
 Nauigio incumbas, mare tunc tollenibus euris
 Obscurum undosos iaculatur ad aibera fluctus.

HESIODI OP. ET DIES

Tunc igitur iaceant religate ad littora puppes
